1490. Ex Orig: Arch: Regni



# Litera procuratoria Casimiri regis Poloniæ.

187

Kazimirus Dei gratia rex Poloniæ, Magnus dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæque dominus et hæres etc, Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quomodo de consensu et voluntate nostra speciali Strenuus et Nobilis Michael Cancellarius Moldaviæ et Duma germanus suus grate Nobis dilecti, fecerunt, constituerunt et solenniter ordinaverunt suum verum et legitimum procuratorem hunc videlicet, qui præsens procuratorium ipsorum duxerit demonstrandum. In omnibus suis causis, quas habent vel habituri sunt cum quibuscumque personis, et quorum quocunque judicæ Seculari regni Nostri, promittentes ratum gratum atque firmum tenere et inviolabiliter observare, quicquid per dictum ipsorum procuratorem, actum, factum, gestum, ordinatumque fuerit in præmissis a data presentium, usque ad decem annorum decursum duntaxat valiturum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est subappensum. Datum in Vylna feria tertia. Regnorum, Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Stanislaus Cancellarius subscripsit.

Relatio

Relatio Venerabilis Stanislai de Cu=
rozwanki, Regni Poloniae Cancellarij. ~

Ta Kopia z Oryginału pargaminowego
przepisana dnia Drugiego miesiąca Wrze=
śnia, Roku Pańskiego 1785. u którego
dołu wisi na Zawiasie pargaminowey pieczęć. ~